

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1169 - 1176

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

115. *In einer Urkunde für das Kloster St. Arbogast unter den Zeugen: Rüdolfus hujus ecclesie septimus prepositus¹, Egilolfus prior, Anshelmus, Sifridus, Udalricus, Marsilius, Heinricus cantor, qui et hec scripsit, Dietricus, Hesso presbyteri, Cûnradus dyaconus, Cûnradus subdyaconus, Dietricus camerarius, Meffridus cellerarius, Gerloh, Wolfhelmi subdyaconi. acta sunt hec anno dominice incarnationis 5 1169, indictione 2, epacta 20, concurrente 2, imperante Friderico, Rüdolfo Argentinensi episcopatu presidente, advocatiam Heinrico² Argentinensem obtinente. 1169.*

H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7381 cod. chart. sec. XV fol. 22^a.

116. *Probst Jordanis von Leberau und Schultheiß Burchard von Hagenau gehen mit Zustimmung des Straßburger Domcapitels einen Tausch von Grundstücken ein. 1176.*

Cum sit mos universis cenobitis de sacra consuetudine tocius ecclesie possessiones suas tam fixas quam motatorias in melius commutare, Jordanis de Leberahe prepositus et tocius dyocesis conventus quoddam fecerunt concambium cum Burchardo sculteto de Hagenowa in hunc modum: Burchardus enim quandam habuit aream 15 in platea Wisegrini claustrum beate Marie, quod est Argentine, precio duodecim denariorum tributariam³. religiosi vero viri, de quibus jam supra mentionem feci, aliam habuerunt aream juxta curiam predicti sculteti sitam tota consolidatione suam. has igitur areas tali concambio predictae religionis viri cum commemorato sculteto sic commutaverunt, quod scultetus aream, quam possederat, et fecit et dedit preno- 20 tato conventui liberam; aream vero liberam, quam a predicto conventu prius recepit, per consensum Argentinensis ecclesie eidem censui subiecit, quem de area, quam prius possedit, dare debuit. acta sunt autem hec anno dominice incarnationis 1176, regnante imperatore Frederico, presente Ruodolfo Argentine civitatis 25 episcopo, preposito Conrado, Fricone decano, Wernhero marscalco, Ruodolfo de Rinouwa, Walthero sculteto, Sifrido burgravio et ceteris compluribus tam clericis quam laicis ejusdem temporis viris conprobat⁴.

Aus J. Tardif Monum. hist. cart. des rois p. 330 nr. 673 nach dem Original im Pariser Nat. A. Darnach auch Grandidier Oeuv. inéd. II, 509 nr. 57.

¹ Es werden im Eingang der Urkunde seine sechs Vorgänger genannt: Karolus, Arnolfus, Algotus, 30 Wignandus, Albero, Heinricus.

² Richtiger als Schöpflin *Als. dipl. I, 257 nr. 311*, der die Urkunde des Straßburger Bischofs Rudolf, laut welcher derselbe mit Zustimmung seines Domcapitels Hohbarr vom Kloster Mauersmünster eintauscht, um eine Befestigung darauf anzulegen, in das Jahr 1170 setzt, hat Grandidier sie in das Jahr 1168 gelegt, da in derselben noch Anshelmus als advocatus Argentinensis erwähnt wird. Cfr. 35 Würdtwein *Nova subs. dipl. X, 29 nr. 11*.

³ Wohl in Hagenau gelegen?

⁴ In einer früher fallenden, in die Jahre 1167—1174 zu setzenden Urkunde Kaiser Friedrichs I für das Basler Domstift werden folgende Straßburger erwähnt: Henricus Argentinensis scholarum 40 magister, Burchardus vicedominus Argentinensis, magister Henricus de sancto Thoma, Henricus de sancto Petro. Trouillat *Mon. de Bâle I, 353 nr. 232*. — *Schweiz. Urk.-R. nr. 2335; Stumpf nr. 4555*.